











# RECTOR ACADEMIAE LIPSIENSIS



Hilosophorum Princeps Aristoteles, interrogatus, quem putaret hominem, respondit: *imbecillitatis exemplum, temporis spoliū, fortune ludibrium, imaginem inconstantiae, calamitatis & irridiae trutinam, cetera piuitam & bilem.* Tragicæ descriptio, sed graphica. Ut enim mitramus, quæ temporum longinquitas, quæ fortuna mutabilitas, quæ hostium rabies ac furor, in hominum dignitate, vitâ, opibus, divitiis, honoribus ferire possunt & labefactare, & tantum in seipso consideremus hominem, inq̃; suis principis; quis ignorat, per singulas domus, singulis pænè diebus, quid fiat? Alium bilis exagitat & lecto affigit, donec vitæ exhaeredem faciat: alii pœuita molesta est & funesta: sunt quibus serum penitis concenmen Christianorum est, patienter hæc omnia ferre, inò ridere & pro nihilo putare. Quid ita? quæ plusquam Stoica hæc est patientia, dicat aliquis? Quia nempè sciunt, restare sibi aliam, camq̃; meliorem vitam, neq; præsentis temporis afflictiones pares esse ad gloriam, quæ erga nos revelabitur. Hujus spefretus, regius Propheta in suo Psalmo 4. crumpit in hoc lætum Epiphonema: *In spe cubo & dormio, quoniam Tu Domine solus in spe constituisti me.* Quasi dicat: Ærumnas, infirmitates, cruciatus, adeoq̃; totum illum & terribilem mortis apparatus exhorrescat & abominetur impius, cui propter offensum DEUM nulla spes superest futuræ vitæ. Ego, qui certus sum hujuscè spei & DEUM propitium habeo in Meis, nihil omninò moveor his larvis, nec recuso mori. Mori autem: inò suaviter obdormiscere & molliter ac securè coniescere, usq; dum ratione corporis hydropticæ provincialis supremæ cepta consuetudo; postea significatio, etiam gentesimum, nono & septimum Anhaltinorum, nuquoq; infelicitis illius & deformato & attrito. I

ris ab annis, functam accedens, & tribus Xenodochus prærectus totos quadraginta annos inter aulicos cum Senatoriâ dignitate, summâ cum laude ac existimatione sui, feliciter copulavit. Matrem habuit piè denatus, Reverendi quondam & doctissimi Viri, Dni. VALENTINI ATHENAEI, Zittaviâ Silesiorum oriundi, & supra quadraginta & septem annos, verbi divini in vicino Ascherslebiæ pago *Reinshed* / præconis, ut fidelissimi sic meritisimi, dilectam filiam, ANNAM, omnibus muliebri sexus ornamentis condecoratam matronam. His parentibus etsi jure letari poterat, in eò tamen, felicitati non nihil detractum est, quòd posthumus nasceretur. Cùm igitur parentis ope niti non posset, avus maternus, is, quem diximus, Athenæus, successit in has vias. Is hunc nepotem suum CHRISTO per baptismum obtulit: Is, collatis cum matre laboribus & operis, omnem curam, studium atq; cogitationem in illius liberali & honestâ educatione defixit. Quin inò propter elucem in ipso singularem *in Phiis*, ad se translatum, tenerâ ætate, cùm in pietatis initiis, tum in Græcæ & latinæ linguæ rudimentis ac cognitione, privatim instruit: institutum Ascherlebiæ remisit ad capiendum uberius ingenii cultum. Ubi cum satis profecisse videretur sub ejus choro

læ magistris non contempnendis, Brandeburgum Marchiæ concessit ad cognatum suum, Virum Consularem Amplissimum, Dn. JOHANN. ZABELLIUM, à quo domestici & tantum non filii habitus loco, beneficiorum memoria nunquam deposuit, sed amicitiam cum gente Zabelianâ semel ceptam sanctissimè conseravit. Transiverant ipsi in hoc utroq; ludo adolescentiæ aliquot anni. Unde majoribus & liberioribus Academiæ spaciis par judicatus à suis præceptoribus & cognatis, Juliam vicinam sortitus est, in quâ studiorum Academicorum prima pericula faceret; quippe quæ tempestate illâ sui Principis autoritate & munificentia constabatur & Professoribus magni nominis in omni genere facultatum & artium probè exulta, passim sermonibus & famâ omnium concelebraretur. Helmstadio Vitebergam se contulit; Juris prudentiæ licitatus in postero. Quod ei tantò melius vertit, quantò plus operæ & temporis in dicendi artibus totaq; adeò Philosophiâ consumferat haftenus. Ut enim nautis ad salutem apparent geminæ faces Castoris & Pollucis: sic immensum juris æquor navigaturis Philosophia cum dicendi artibus ad felicem portum atq; exitum præluet. Accidit interea temporis, ut ex matris suæ conjugis secundo, Reverendâ dignitate atq; doctrinâ eruditâ conspicuo Viro, Dn. M. JACOBO GIBELHUSIO, Pastore ecclesiæ CHRISTI in *Casparisd* / vitrico suo, de se benè merito, prognata uterina soror, quæ adhuc in vivis est, quamdiu vult Deus, Clarissimo & Eximio Viro, Dn. VOLFGANGO CORVINO, artis Med. Lic. Collegæ nostro, dum vivebat, amantissimo nuberet. Fuit hæc ipsi optatissima occasio Lipsiam VVitebergâ commutandi, suisq; Philosophicis studiis summam imponendi manum, h. e. assumendi utrumq; in Philosophiâ gradum. Quorum primum, anno M. DC. III. alterum & supremum sequente anno M. DC. IV. summâ cum approbatione ac voluntate cum totius ordinis Philosophorum, tum in primis affinis & sororii sui, ex merito adeptus, totum se deinceps Juris studio mancipavit, sub institutione privata JCTi præcellentissimi, Dn. JOANNIS SVEVIT, & c. adhibitis simul publicorū Professorum acroasi & scholis lon-

